

**ἀναπαιστικὸν τρίμετρον καταληκτικὸν εἰς συλλαβὴν /  
anapaesticum trimetrum catalecticum in syllabam**

HEPHAEST. 26. 14 sqq. τῷ δὲ τρίμετρῳ (*scil.* ἀναπαιστικῷ καταληκτικῷ εἰς συλλαβὴν) Σιμίας ὁ Ῥόδιος ὄλον ποιημάτων ἔγραψεν' (fr. 9 Powell)

Ἴστία ἀγνά, ἀπ' ἐϋξείνων μέσα τοίχων.

TRICH. 383. 28 sqq. καταληκτικὸν δὲ (*scil.* ἀναπαιστικὸν τρίμετρον) τὸ μὲν εἰς συλλαβὴν Σιμμιακὸν καλεῖται, ὅτι πολλῶ αὐτῷ χρήται Σιμμίας ὁ Ῥόδιος. ἔστι δὲ ὡς τοῦτο·

ἴνα λῶον ἄγοις κατὰ σὸν <με> θέλημα ὀδηγεῦσ'.

SCHOL. in Aristoph. *ran.* 1264 (p. 308b. 3 sqq. Dübner) τὸ πρῶτον τρίμετρον (*scil.* ἀναπαιστικὸν) καταληκτικὸν εἰς συλλαβὴν, ὃ καλεῖται αἰολικόν, διὰ τὸ ἴαμβον ἔχειν τὸν πρῶτον πόδα.

SCHOL. B in Hephaest. 275. 26 sqq. τρίμετρον δὲ (*scil.* ἀναπαιστικὸν) καταληκτικὸν εἰς συλλαβὴν τὸ καλούμενον σιμμίειον τό· (fr. 9 Powell)

Ἴστία ἀγνά, ἀπ' ἐϋξείνων μέσα τοίχων.

TER. MAVR. GL VI 380. 1849 sqq.

hexametrum quotiens ita totum dactylus explet,  
ut nusquam in medio, sed sit spondeus in imo,  
sive trochaeus erit, cum dempta est syllaba prima,  
quae demi poterit, reliqui fient anapaesti,  
ultimaque ex illis catalectica, quae remanebit.  
dactylico tali facile est hoc noscere versu:

(cf. Verg. *Aen.* IX 503)

‘at tuba terribilem sonitum procul aere recurvo.  
‘at’ coniunctio, quae solida est, cum demitur inde,  
ea formula fiet, ut est anapaesticus iste:  
‘tuba terribilem sonitum procul aere recurvo’  
ultima ‘vo’ remanet, quia dempta est syllaba prima,  
dactylon in primo reddens, spondeon in imo.

ΑΡΤΗΘΝ. GL VI 77. 14 sqq. apud Alcmanem, disciplinae huius antiquum auctorem, reperitur trimetrum (*scil.* anapaesticum) catalecticum in syllabam, cui si una longa praepnatur syllaba, fiet heroum, quod est tale:

quamvis ego per montes alacer properarem;

heroum ita:

sed quamvis ego per montes alacer properarem.

cuius mensurae est hoc quoque metrum, quod messeniacum appellatur, et est, ut superius, trimetrum catalecticum in syllabam; verum eo distat, quod anapaestis praecedentibus et spondeis sequentibus habet factas coniugationes et postremam syllabam brevem. idem et embaterion dicitur, quod est proprium carmen Lacedaemoniorum. id in proeliis ad incentivum virium per tibias canunt incedentes ad pedem ante ipsum pugnae initium, quod est tale:

superat montes pater Idaeos nemorumque.



anapaestici autem versus, qui ex spondeo et anapaesto et dactylo et rursum spondeo et anapaesto et syllaba componuntur, sunt quidem proceritatis trimetrae catalecticae:

Pan Maenalia carmine nymphas properantes.

verum hic versus currit ionico maiori et par ei est, qui sotadius dicitur, ut est ille: rumpunt teneras uviferae comas lagei.

purum vero anapaesticum tale est:

nitet aurea purpureae Veneris coma roscida, lactea cervix,

quod est tetrametrum catalecticum. cui etiam id quod ex omnibus proceleumaticis constat, quoniam uniformitas omnium brevium metrum facere non sufficit, adscribetur, ut est:

nemus ave reticuit, ager homine sonat.

ΑΡΘΗΝ. GL VI 122. 28 sqq. sed et anapaestica metra per epiplocen, de qua supra diximus, ex heroo originem trahere haud difficile est deprehendere. nam si hexametro versui, cui in supremo spondeus seu trochaeus sit, ceteri omnes dactyli, primam detrahas syllabam, erit anapaesticus catalecticus, tamquam: (cf. Verg. *Aen.* IX 503)

at tuba terribilem sonitum procul aere recurvo.

sublata enim 'at' coniunctione, quae prima in versu positione longa est, ultima singularis erit syllaba 'vo' initiali, ut vides, dempta, quae in principio dactylum, in ultimo spondeum facit. erit ergo anapaesticus versus talis:

tuba terribilem sonitum procul aere recurvo.

SERV. GL IV 462. 18 sq. alcmanium constat trimetro (*scil.* anapaestico) catalectico, ut est hoc:

date Pierides mihi carmina doctiloquorum. [M.E.]